

*Electus nostri Metropoli, Dresdam. Parentes Dilectissimos ad-*  
*huc in vivis honore debito veneratur, & per Dei grati-*  
*am Eorum senectutem gaudiis adimplere conatur, nim. Virum*  
*Integritate Vitæ, nec non Artis suæ peritia notissimum, satisq; cele-*  
*brem, DN. ANDREAM Herold / sub IV. Electoribus Gloriosissimis per*  
*44. annos Artis Fusoria Præfectum, & Matronam, Virtutibus seqvioris*  
*sexus Ornatisimam, ANNAM CATHARINAM, ex SCHMI-*  
*DIANA FAMILIA prognatam Matrem. His Parentibus Clarissimis*  
*post Deum, & vivere, & bene vivere debet, dum Eum primum ex 7,*  
*mox ex 9. Filiis superstitem, Deo, Sacrisq; destinarunt. Neq; de-*  
*fuerunt Eidem insignia divina benignitatis argumenta, quæ propo-*  
*situm hocce pium promoverunt, quæ certe grata mente recolit.*  
*Inprimis nunquam grato præconio non recordatur SUMMI*  
*JCTI, DN. ADAMI CHRISTOPHORI JACOBI, CONSILIA-*  
*RII ELECTORALIS MERITISSIMI, Benefactoris Optimi, vñ*  
*ἐν ἀγίοις. Hunc enim ex singulari prorsus affectu à primis pu-*  
*eritiæ, pariter ac omni juventutis temporibus, & Vitæ Moderato-*  
*rem, & Studiorum Directorem, & omni Fortune Patronū consecutus*  
*est, ut tantorum beneficiorum memoria non unquam in grati-*  
*tudinis pectore sepeliri, vel deleri queat. Hujus cura factum,*  
*ut tenerior ætas ejus fidelium, proborumq; Præceptorum informa-*  
*tioni commendaretur, ex quibus Pium, Doctumq; Virum, Dn. E-*  
*liam Bransedorfium, vigilantissimum posthæc Rbötaviensis Ecclesie*  
*Pastorem, laudat, per quem per integrum trienniū pietatis ac doctri-*  
*nae fundamenta non infeliciter posuit. Sed posthæc non absq;*  
*singulari fato Divini Numinis accidit, ut Celeberrimus hodie Theo-*  
*logus, DN. D. ABRAHAM HINCKELMANNUS, Ecclesie Ham-*  
*burgensis ad D. CATHARINÆ Ædem Pastor Meritissimus, Patruelis i-*  
*psius honoratissimus, (quem ut Parentem alterum, atq; Præceptorem*  
*fidelissimum, perpetuo venerari grato pectore decrevit) singu-*  
*lari favore secum Gardelegiam, ubi tunc Rectoratum Oppidanæ*  
*Scholæ gerebat, ac postea Lubecam, cum Ejus dexteritati fasces*  
*Inclyti Gymnasti committerentur. Candidatum Nostrum secum in*  
*Hospitium, institutionem & inspectionem duceret. In hoc Gymnasio*  
*per biennium integrum nullum lapidem non movit, ut cum a-*  
*liis, Hebræa præcipuè cum Rabbiniis excoleret, ac integrum Codicē*  
*Authenticū adjectis quibusdam Rabbiniis Interpretibus fere absol-*  
*veret,*